



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

24. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

fertur, nec nomen sententiæ habere meretur. Quapropter, fratres & filij, oportet vos secundum ecclesiasticam auctoritatem reclamationem vestram libelli serie allegare, eumque manibus vestris roboratum synodo sacræ porrigere, ut convenienter & canonicè vobis valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum conscribentes, eique sua nomina suscribentes, porrexerunt Hincmaro Episcopo, qui tunc unâ cum Vvenilone Sennensi Archiepiscopo, & cum Amalrico Turonensi æquè Archiepiscopo, sub præsentia gloriosi Regis Karoli synodo præsidebat.

De eadem re.

Interpret. l. 9: X X I I I. Tam civile negotium quàm cri-
Cod. Theod. minale, accusationem professio manu accusa-
De accusat. & toris conscripta præcedat.
inscript.

De eadem re.

Interpret. l. 9. X X I V. Quicumque alium de aliqua crimi-
Cod. Theod. nis capitalis objectione pulsaverit, non prius
eod. tit. à iudicibus audiatur quàm se similem pœnam,
quam reo intendit, subscripserit subiturum.

Item unde supra.

Interpret. l. 15. X X V. In criminalibus causis vel objectio-
Cod. Theod. nibus per mandatum nullus accuset; sed ipse
eod. tit. qui crimen intendit, per se accuset, inscrip-
tione præmissa. Iudices autem puniendi sunt,
damnandumque officium, si aliquem, nisi
præmissa inscriptione, subdendum crediderint
quæstioni.